



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXXVII. Gesta iuxta consuetudinem Romanorum qualiter donationes, vel  
testamenta legantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

XXXVII. GESTA IVXTA  
consuetudinem Romanorum, qualiter  
donationes vel testamenta  
legantur.

**A**NNO illo, regnante Rege illo,  
sub die illo, in ciuitate illa, ad-  
stante viro illo laudabili defensore,  
& omni curia illius ciuitatis, vir ma-  
gnificus ille prosecut or dixit, Peto  
optime defensor, vosque laudabi-  
les curiales atque municipes, ut mi-  
hi codices publicos patere iubearis:  
quædam enim in manibus habeo,  
quæ gestorum cupio alligatione  
roborari. Defensor & curiales dixe-  
runt, prosequere quæ optas, dicere  
ne moreris: vir magnificus pro-  
secutor ille dixit; Venerabilis vir,  
aut inluster vir ille, per chartam má-  
data sua iniunxit, ut illam donatio-  
nem testamenti, aut cessionē, quam  
ad basilicam ad locum sanctum il-

lum, aut inlustri viro illi, ad præsens,  
aut post discessum delegauit, in vice  
sua, ut mos est gestis municipalibus  
ipsam donationem debeam alliga-  
re: vir honestus defensor dixit illi,  
Mandatum quod in te cōscriptum  
habere dicis nobis ostende, vel in  
præsenti recitetur.

XXXVIII. TEXTVS  
*mandati.*

**D**ominō magnifico fratri illi,  
ille. Peto & suplico charitatē  
tuā, ut in vicem meam epistolam  
donationis, aut testamenti, seu ces-  
sionis, quam de rebus meis illis, ad  
basilicam illam pro anima mea re-  
medio, aut inlustri viro illi, post di-  
cessum meum, vel ad præsens dele-  
gauī, in ciuitate illa publicē prose-  
quere, & gestis municipalibus, ut  
mos est, eam debeas alligare. Pro-  
pterea tibi hoc mādatum cōscripsi,